

1419.

Ex Origil: Arch: Regni

167.

Wladislaus Rex Polonia Villam  
Nowawicz, super summa centum  
triginta Marcar, Moszcicio De Sta  
szow Castellano Posnaniensi insoni  
bit.

39

Wladislaus Dei gratia Rex Polonia  
Lithuanieque Princeps Supremus et heres  
Rusie. etc. Significamus tenore pre  
sentium quibus expedit universis, Quod  
attenta mentis intuitu perpendentis gra  
tia fidelitatis studiosa obsequia, et  
multiplicium meritorum constantia, qui  
bus strenuus Moszcicus De Staszow  
Castellanus Posnaniensis Miles noster fide  
lis nobis sincere Dilectus, nostre celsitudi  
ni complacuit, et in posterum aucto  
fidelitatis studio poterit prestancius com  
placere, Horum intuitu cupientes ipsum  
speciali prerogativa pervenire et ad no  
stram familiaritatem continuo reddere prin  
cipiorem sibi in centum et triginta mar  
cis monete majoris et Minoris Poloni  
calium in quavislibet marcam quadra  
ginta octo grossos computando in qui  
bus villam nostram Nowicz dictam  
in districtu obornicensi sitam, a stre  
nue Nicolao De Bloziszewo Judice gene  
rali Posnaniensi fidei nostro dilecto de  
consensu et voluntate exemere et liberare  
indulveramus.



indulseramus, quam quidem villam no-  
stram Nowawiesz predictam Moszcicis, cum  
omnibus suis successoribus et posteris,  
nec non cum omnibus et singulis pro-  
ventibus, utilitatibus, fructibus censibus,  
redditibus, agris, pratis, campis, silvis,  
mericiis nemoribus, nec non pertinen-  
ciis, coherenciis, et appendiciis ad ipsam  
villam Nowawiesz spectantibus, quous-  
que prefato Moszcicis vel suis successo-  
ribus legitimis, predicta centum trigin-  
ta marca solute fuerint integraliter  
per nos, vel successores nostros, quibus  
solutis sibi vel suis posteris dicta vil-  
la Nowawiesz ad nos et successores no-  
stros reddere debet, pleno jure; Harum  
quibus sigillum nostrum presentibus  
est appensum testimonio literarum.  
Datum in Olzeu feria quarta proxi-  
ma post Dominicam reminiscere  
Anno Domini Millesimo quadringente-  
simo Decimo nono

Relatio Venerabilis Domi-  
ni Johannis Decani sacro-  
viensis Regni Polonie vice-  
Cancellarii.

In Topia prepisana 2 Oryginata  
parganunowego, bez pieczęci. Roku  
1704. 27. Augusti.